

Discursus inauguralis medicus de convolutionibus / [Johann Bernhart Ferber].

Contributors

Ferber, Johann Bernhart.
Winckler, Friedrich Christian.
Universität Heidelberg.

Publication/Creation

[Heidelberg?] : [S. Ammon?], [1683]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/b452hu8j>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

87

DISCURSUS IN AV^ET^Y OF MEDICVS
CONVULSIONIBVS
Quem in^{duci} F. V.
AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ
IN ELECTORALI VNIVERSITATE
AD NICRVM
SUB PRÆSIDIO
VIRI
Nobilissimi, Excellentiss. atq; Experientissimi
DN. FRID. CHRISTIANI
WINCLERI M. D.
ARCHIATRI ELECTORIS PALATINI
ET IN HAC ACADEMIA PROFESS. PUBL.
Præceptoris atque Promotoris sui Magni
PRO LICENTIA
*Supremos in Arte Medica honores atque Privilegia
rite consequendi*
Publico Examini sistit
JOHANNES BERNHART FERBER,
NAUMBURGENSIS MISNICUS.
Ad Diem 6. Maij H. L. 2. s.



HEIDELBERGÆ,
Literis SAMVELIS AMMONII, VNIV. Typog.



SERENISSIMO. PRINCIPI.

AC.

DOMINO.

D. CAROLO.
LUDOVICO.

DEI. GRATIA. COMITI. PALATINO.
AD. RHEVM.

SACRI. ROMANI. IMPERII.
ARCHITHESAVRARIO.

ATQVE.

PRINCIPI. ELECTORI.
DVCI. BAVARIAE.

CVJVS.

OB. INFINITAM. SCIENTIAM.
ET.

LONGVM. RERVM. VSVM.
DECANTATA. REGNANDI. FELICITAS.

ATQVE

SINGVLARIS. IN. SVBDITOS.
CLEMENTIA.

AVGVSTO. IPSIVS. NOMINI.
JAMDVDVM.
AETERNA M. FAMAM.
PROMERVIT.

DISCVRSVM. HVNC. IN AVGVRALEM.
IN. SVI. SVORVM. QVE. STVDIORVM.
COMMENDATIONEM.
HVMILLIMA. ADORATIONE.
CONSECRAT.

SERENITATIS. EJVS.
ELECTORALIS.

SERVVS:
DEVOTISSIMVS. ET. SUBIECTISSIMVS.

JOHANNES, BERNHART. FERBER,
MEDICINAE. CANDIDATVS.



Codus terrenus , qui per tot secula stetit immobilis, Centrum veluti totius machinæ mundanæ , nostris demum temporibus, Industria præcipue Nicolai Copernici & Galilai de Galilais, <sup>N. Coperti
mus A-
stron. In-
staur.</sup> cœpit moveri, motu naturali Diurno & annuo. Quippe terræ motus nomine ipsis so-

lum modo veniebat Tremor ille violentus , quo non raro & terra, vi quadam immensa percussa conquassatave, metu ve- lib. Resolu-
lut ac horrore succutitur, ac si funestum quippiam ac præ- lut. Or-
ter consuetum naturæ cursum hostile sibi tolerandum sit. Dum bium Cæ-
nimirum tot oppida, montes, flumina, maria , ac insulæ lest.
longe dissitæ , uno velut momento una subvertuntur. Caus Gal. de
fas tantæ violentiæ curiosis naturæ indagatoribus examinan Galilais
das relinquimus. Juvatenim artis Medicæ sacræ initiatos nos- Dial. de
se potius naturam motuum atque tremorum terræ micro- System.
cosmiciæ : Utpote in quibus pariter videoas non raro, præter
ingentes rugitus , atque murmura, ætneos veluti ignes eru-
ctatos , dura, scopulorum instar, divulsa , mollia ac tenacia
distensa aut, erupta, totamve Compaginem vario impetu con-
cussam , adeo , ut violentiæ istæ machinationes nil nisi ter-
ribilia spirent, actremenda. Instar omnium sunt nobis hac
vice *Convulsiones* , quorum nomen , uti ob gravissima tor-
menta quibus Corpus humanum nefandum in modum affli-
gunt , cuivis horrendum valde & execrabile est : ita pro-
fecto ob Caussarum abstrusiorem præcipue mineram non pa-

rum odiosum Medicis hucusque tantum non omnibus. Ut
pote quorum non pauci genuinam ipsius naturam laboriose
admodum & anxie inquisiverunt, conatu, si non irrito,
saltim non omnino ad votum succedente; adeò, ut vel suo
Averhoës. tempore dixerit *Averhoës, Medicorum de hoc accidente verba*
3. Collig. esse potius tanquam musicorum, quam, ut sint demonstrativa.
cap. de Ac. Videntur enim adhuc affectum hunc intricatissimum suæ ma-
cient. mo- nere tenebræ, propriam ipsius ideam obscuritatis veluti pe-
tus volun- plo involventes. Interim in rebus magni momenti præsta-
tarii. re, non quod velis, sed quod possis, sufficit.

Majori itaque audacia affectus hujus adumbrationem,
quo nos concipiimus modo, jussu optimorum præceptorum
proponemus, à Nomenclatura, velut ab Ovo, quod ajunt,
auspicaturi.

*Velschius
ad Reus-
neri Obs.
140. Corn.
Celsus l. 2.
c. 1.
Scrib. Lar-
gus. l. 1. de
Cōp. med
Comp. 101.
An. Foë-
Hippocrat.
Gorreas.
Def. Med.*

AFFectus noster dicitur **Convulsio** seu **Con-**
vulsiones, minus accurate secundum nonnullos.
Vox enim **Convulsionis** magis proprie denotat Ru-
pta, ῥίγματα *Dioscoridi* dicta, seu fibrarum in musculis ru-
pturas, in Gymnasiis veterum olim frequentissimas, citante
Georg. Hieronymo Velschio. Hinc C. *Celsus* Nervorum nunc
Rigorem, sæpius Distensionem appellat. *Scribonio Largo* Nervo-
rum Tensio aut Contractura audit. Quibusdam videtur
tutius vocem *Spasmi* Latinitate donatam usurpare. Græ-
cum enim σπασμὸς commune est *Hippocrati*, *Galen*, *Gracis-*
fius. Oeon que omnibus & extra Controversiam. Saltim translate quan-
doque vocatur v. g. σπασμὸς τῆς θαλάτης, Maris refluxus. Pro
Synonymo usurpatur ab Hippocrate præcipue vocabulum
επάσματος, consentiente *Anatio Foësi*. Gorrao autem secun-
dum

dum **Galenum** significat potius prædicta **præcipua**, seu solutio- Galenus L.
nem Continui in parte nervosa citra vulnerationem. **Con-** 3. M. M.
velluntur enim, quæ in ipsa sunt fibræ, quum ab ictu ali- c. 1.
quo violentiam patiuntur, aut subito & affatim intenduntur. C. Hoffm.
Quamvis judicio Magni **Caspari Hoffmanni**, magnæ sint tene- Notis ad
bræ, qualis morbus sit τὸ σπασμός, & quid differat ὁ σπασμός. Galen. loc.
Denotat alias primario vox σπασματός mucronem in gladio Cura Dr.
seu aciem nudam è vagina eductam, teste **Henrico Stephano Sebastiani** Schefferi
no. Vocantur præterea Convulsiones Græcis ωάδη σπασμώδεαι, Francof.
τῶν νεύρων ξυνολικαὶ & τάσεις μυῶν. In vernacula vocantur hic lo- Galeni,
corum die Krampffgicht in genere, in patria mea non male cum Cura
das böse Ding / apud Dravvizium die Kriebel Krankheit / mihi no-
Krampffsucht / &c. Prolixius tractat hanc Nomenclaturam Cl. minandi.
Schneiderus, quem vide. H. Steph.

Subjectum morbi (seu partem affectam) duplex fa-
cimus, unum **Inhæsionis**, Diversorium morbi proprium
Alterum **Generationis**, Caussæ morbificæ promum
condum.

Subjectum Inhæsionis est Compages fibrosa ac ner-
vosa musculorum, nunc membra unius, nunc plurium, nunc
universi Corporis, quorum uti naturalis, ita & præternatu-
ralis motus unice ab inordinata aut perversa Spirituum ani-
malium in ipsis agitatione dependet. C. Victor Schneider Traet. de Spasm. na. tura & subjecto

Generationis subjectum, focus, seu domicilium caus- Ego.
sæ est, vel ipsummet Cerebrum, regium mentis palatum vel
Nervi, hi saltim in Convulsionibus particularibus. Cere-
brum enim, utpote *intracujus uerum*, sunt verba **Thomæ Willis**, Th. Willis
animæ tum rationalis, tum sensitivæ conceptus omnes, ideæ im- cerebri
petus, & potentia qualesunque formantur ac ibidem speciem & An. c. 6.
formam adepti in actus prodeunt, spiritus in musculos impellit,
læsum

læsum nimirum ab imminente hoste , vel ipsum met proprie dictum, aut spinalis medulla , spirituum ab ιγνεφάλῳ in nervos profluentium communis quasi ductus , aut canalis, non quidem primario secundum medullarem substantiam , nec ipsum ventriculis distinctum, sed vel duntaxat secundum membranas , & præsertim Cerebri interiorem , piam matrem vulgo dictam , per totam illius amplitudinem & basin, ventricorumque parietes extensam , atque tenaciter adhærentem, ipsisque adeo nervis, Cranio egressis, tunicam accommodantem. Eatenuis enim exquisitissimi est tensus , ita , ut vel ad auram quamvis leviter molestam insurgat , & sternutamentum cieat. In Nervis autem , quorum acutissimum sensum quotidie , & præcipue in ipsorum puncturis experimur , spiritus moventur , & veluti aquæ ab injectis aut ventorum flatibus diversimodas fluctuationes pro caussarum scilicet diversitate concipiunt.

J. B. van. Caussa efficiens sunt spiritus, seu τὸ ινοῦς Hippo-
Helmont. cratis , aut uti loqui mavult Helmontius , Archæus. Quo-
Tr. Ca- ties enim, inquit ille , in spiritum impetus facientem aura peregrina , odor , fermentum , sive semen exoticum in agro vitali sus-
tarrhi De- br. §. 60. p. ceptum irruit , toties Archæus contaminatum illum spiritum &
n. 277. Communione vitæ excludere nititur. Spiritus enim Cosmocrator in nobis initium motivum in nobis solus obtinuit , tam locale quam
Tr. de fe- alterativum juxta eundem . &c. Veteres addebat fortitudi-
bribus c. 9. „ nem virtutis expulsivæ, quæ sit in nervo , qui ad resistendum
§. 1. „ rei lædenti in seipsum se colligat , sicut faciunt animalia ,
„ quæ volunt se movere ad cursum L ad saltum , imprimis
Averrh. „ colligunt & contrahunt omnia membra , & postea com-
loc cit. plent eorum voluntatem, uti loquitur Averrhoës . &c. Quic-
Hippo. L. I. de victus. quid sit , videntur singuli eodem collimare cum Hippocra-
Rer. p. 12. se . nimirum quod natura sit morborum medicatrix.

Hac

Hac enim deficiente frustra sunt omnia. Quandiu autem in morbis vires supetunt, omni nisu contendit, hostiles veluti scorias cum fermento peregrino vincere, edomare, & penitus eliminare, idque motu, in non paucis motui Convulsivo analogo. Hinc videmus nonnunquam in febribus Archæum proprio ausu, levi saltem aut nulla præcedente caus. Th. Sydē-
sa occasionali, Commotionem in massa præcipue sanguinea sat
violenter excitare, teste *Thoma Sydenham*, idque in commo-
dum & præservationem subjecti Corporis, ad seperanda nimi-
rum in tempore heterogenea ab homogeneis, ipsaque extra ^{passim} ^{m. 15. 17.}
limites proprios ejicienda. Ex quo Cordis primarii Corpo-
ris musculi, juxta *Hippocratem* & *Richardum Lovver*, laborio
sus ac inordinatus motus, variaque symptomata motuum
Convulsorum æmula, quando

— miseri febriculoso
Per se frigore contrahuncur artus,
Et mox pandiculatione motus
Alternant rigidos, coitque sanguis

Uti loquitur personatus *Janus Leonicenus*, aut accidentunt ^{Jan. Leo-}
^{φωνίαι στασιμώδεις τρόποι.} Sane Cordis palpitationem pro motu ^{nus. meta-}
Convulsivo habendam censem multi, cum sit motus Cordis ^{morph.} *Æscula-*
inordinatus, coactus, & nonnunquam admodum vehe-^{pū} [&] *A-*
mens, costarumque tanta percussio, ut propterea eadem *pollinis*
conringantur, aut saltim in tencrioribus aut junioribus foras ^{pancreati.}
propellantur, protuberantesque maneant, annotante *Fran-* ^{Hipp.}
cisco de le boë Sylvio. Ita sternutationem, Tussim, singultus, ^{Coae.} ^{pranot. s.}
& Vomitum, quibus natura sponte Cerebrum, pulmones, ^{2. sent.}
& Ventriculum à vitiosâ colluvie impetuoso conatu liberat, ^{248.}
Convulsionum species, qui dixerit, à vero forsan non aber- ^{Sylv prax.}

rabit; præterea Dolor in universum omnis, ecquid aliud
J. Barner. est, quam, consentiente nobiscum *Clariss. Jacobo Barnero,*
Prodrom. convulsionum quoddam genus? Vedit *Helmontius* stomachi
Sennert. acerbissimos dolores motum omnem abstulisse, & affectum
Novi. p. tetano similem causasse, quem rustici Brabanti injaculatio-
24. Helm. nem vocent. Differunt interim hi affectus a Convulsioni-
bus proprie dictis, circa præcipue accidentia varia, atque ma-
viratus. §. gis & minus. In his enim ut plurimum spirituum impetus
20. longe est fortior, magis vehemens ac subitus, adeo, ut non
Th. Willis. male pulveris pyrii explosioni comparat illum *Th. Willis.*
Anat. Ce-
reb. c. 19. Quare in Epilepticis præcipue Convulsionibus tanta violentia
De morbis dentes adducuntur, ut linguam amputasse, aut Cochlearia
Convuls. argentea &c. confregisse, post *Galenum* multi sint, qui
passim. viderint. Membra vero nonnunquam usque adeo fle-
Galen. de ctuntur, extendunturque, ut in Emprosthotono extremam
Different. quandoque pubis regionem, in Opisthotono vero ipsam pe-
Morbor. dum calcem attigerit caput, teste *Spectatissimo nostro Decano,*
e. 18.] D. Georgio Franco, Academie Curiosæ & Recuperatorum Collega, Do-
mino Preceptore atque Promotore meo venerando, qui id ante
hos decem annos Argentorati, in persona adhuc vivente, vel
sexcenties observavit. Stupendum autem, quod tantus in-
J. G. Vol- tetrum Archæi furor, etiam artuum ossa fregerit. Cujus ad-
camerus mirandæ ac terribilis Convulsionis exemplar in puerio 10. An-
Ephem. norum annotavit *immortalis famæ Vir, Joh. Georg. Volcamerus,*
German. *Norimbergensium Aesculapius.* Ita nimirum Anima, ut sic
An. 2. dicam, quandoque velut inebriata agit quidem, sed quid
Obs. 225. agat, ipsamet ignorat.

Hippoc. Pergimus ad Caussam proximam materialem,
Aph. 39. quam in genere *Hippocrates*, cumque eo *Galenus & Sequaces,*
§. 6. Repletionem & inanitionem nervorum dixe-
 runt

ant. Similitudine desumpta a chordis instrumentorum
 musicorum, quæ ob nimiam vel humiditatem vel siccitatem
 aut remittunt aut rumpuntur, juxta Galeni præcipue men- *Galen. ad Aphor.*
 tem & explicationem. Quod equidem verbum hactenus *loc. cit. interpr. N. Leonino*
 non pauci ex Magnis Medicis capere non potuerunt. Quibus-
 dam risum potius movit, quam assensum. Jam enim olim *ceno Vincen-*
 Veterum non nemo haut verebatur dicere: utinam scirem *centino.*
 cur Repletio non potius paralysin, quam Convulsionem in-
 ducat. Item cur non in Hecticis & Contabescentibus exic-
 catione & inanitione excitetur Convulsio. Addit Thom. Tb. *Willis*, cur non & in Anasarca, ubi maxima humidi abun- *de morbis*
 dantia; & ego, cur non in illo homine, cui ex nimio vene- *Convulsiv.*
 ris usu Cerebrum adeo fuit exiccatum, ut etiam intra Cra- *c. 1. p. 7.*
 nium hinc inde ferri audiretur, si *Philippo Salmuth* credimus. *Ph. Sal-*
Helmontius vero venerabilem senem excusare cupiens, inquit: *muth.*
Quod si Hippocrates caussam spasmi ad repletionem & inanitionem *Cent. 1.*
retulerit, respexit ad occasiones vita precedentis, nimirum quod Obs. 61.
pergræcantibus, itemque multa venarum depleione, *Convulsio fre-* *Helmont.*
guens esset. At porro inquit: *Putarunt Scholæ fictas illas hu-* *de Luh-*
mectationes & nervuli ariditates (quæ vix straminis latitu- *asi §. 128.*
*dinem efficerent.) musculum contrahere, vel in pedalem
 Convulsionem. Nec idem valet exemplum quod fides
 pluvio Coelo madida dissiliat rupta, quatenus imbibito li-
 quore accurtata sit. Præterea non videtur probabile, nervos
 in vivo ita siccari posse, ut eorum ariditas ullam causset ab-
 breviationem, & semel exiccati forte nunquam dein-
 ceps humectationem reciperent magis, quam ipsa senectus
 arida, cum tamen quandoque Convulsiones ab exinanio-
 tione sint curabiles, teste experientia. Hac etiam rati-
 one senes macilenti perpetuo spasmo ac universali obnoxii
 essent &c.*

Nos genuinam caussam proximam statuimus Id, quod in universali Cerebrum aut spinalem medullam, ipsorumve præcipue membranas, in particulari vero partis nervos lædit, rodit, aut vulnerat. Estque vel **Internum** vel **Externum**.

Externum est omne objectum durum aut acutum, quod vel *immediate*, pungendo vel cedendo Cerebrum & nervos lædit: vel *mediate*, Cranium concutiendo membranis imprimit laminas, intemperiem, aut inflammationem una excitando. Pertinent huc omnis generis arma, & quæ violenta gravitate in prædicta loca impingunt. e. g. Ex oculi contusione, Epilepsiam & Convulsiones observarunt *Salmuth*, & *Thomas Bartholinus*. A Colapho, *Johannes Langius*, quinque Electorum Palatinorum Medicus.

Ph. Salmuth.

Cent. 1.

Obs 78.

Th. Bartholinus.

Cent. 2.

Hist. 75.

Joh. Lan-

gius Tom.

1. Epist. 10

Internum est materia quædam nunc *halituosa*, in sympathico præcipue affectu, nunc *crassior*, aut quodammodo fixior & coagulabilis, acrimonia quadam singulari acido-salina prædicta, a partium aut humorum Dispositione p. n. progressiva, veniens, atque Cerebro & Spiritibus hac ratione lædendis turbandisve sufficiens. Illa autem materia vitiosa vel in ipso Cerebro fovetur, vel aliunde transmittitur.

In ipso Cerebro fovetur, quatenus substantia ejus in proprii fermenti vigore læsa, & depravata vitiosorum humorum copiam producit. Vel enim ob *Connatam*, in pueris præcipue, vel ob *Ascititiam* a multis Caussis occasionalibus debilitatem, naturalis atque legitimæ digestionis munia pervertuntur, indeque excrementorum aut effluviorum exoticonrum seges. Pertinent huc morbi Capitis & Cerebri varii, inflammations, tumores, abscessus, putredo, sphacelus, vermes,

mes, & si quæ plura Cerebro toto genere. p. n. e.g. Scor. *J. Hollerius*
 pius, qui ex nimio Basilici odore in Itali cujusdam Cerebro *de M. In-*
 natus dicitur, apud *Jacobum Hollerium*; quem tamen generandi *ternis. c. i.*
 modum improbat illustris *Franciscus Redi*. Obiter hic noto *Fr. Redi*
Convulsiones Epilepticas ob exesam a Lue venerea Calvariae Circa In-
posticam, accedente una aeris ambientis frigiditate, obser- *sest. gener.*
vante Job. Uldarico Rumlero. *p. 108.*

Aliunde transfertur ex variis corporis partibus. Ni- *Rumler.*
mirum ex ventriculo, intestinis, hepate, Liene, utero, schium. *apud Vel-*
aliisque visceribus, ob fermenta in propriis culinis depra- *Obs. 65.*
vata, halituosa atque acria effluvia in Caput assurgunt. Non- *Ph. Salm.*
nunquam etiam ab extremis artubus, idque velut in mo- *Cent. 1.*
*mento. Ita quidam, apud *Salmuth*, ex Crure & brachio, alias, *N. Tulp.** *Obs. 47.*
*apud *Nicolaum Tulpium*, ex pollice pedis sinistri, sensit elevati* *L. 4. Obs.*
auram quandam frigidam seu materiam halituosam. Con- *cap. 2.*
*fer omnino *Fridericum Deckers*, ad *Praxin Barbettianam*. Quæ-* *Fr. Deck.*
runt hic nonnulli per quas vias, ipsum halituum ascensum *L. 1. c. i.*
*plane negantes; atque *Hippocratem* ideo rident, quod Caput* *pag. 2.*
*„ dixerit esse velut *Cucurbitam* Corpori incumbentem. Cum *Tr. Ignata** *Helmont.*
tamen in semet quotidie omnes, qui pocula plenioribus sal- *Actio.*
tim cyathis hauriunt, aliaque inebriamina aut Spirituosa u- *Reg. §. 36.*
*surpant, ipsorum effectum sat cito experiantur. An igitur ad *Hippocr.**
vias quasdam singulares, naturæ soli cognitas, provocandum, *L. 1111. de*
siquidem corpus vivum tenuioribus halitibus undiquaque per- *morb. sest.*
*vium non sit? aut ad liquorem nervorum irriguum, prorsum *Th. Willis** *f. p. 58.*
*& retrorsum se moventem, cum *Th. Willis*? Nisi forte ob.* *Anat. ce-*
stent Valvulae Cartesianæ, quarum veritatem explorandam *rebr. c 19.*
oculatiorum industriæ & judicio relinquimus. Sed videtur *Renatus*
*vel in tantum esse res clarissima, siquidem, juxta *Lovveri* *des Cartes** *Tr. de*
computum, sanguis Circulum suum decies & ter ad minimum *Homine.*
absolvat unius horæ spatio. *Lovverus*

Ut itaque **Ventriculus** ob digestionis vitium ~~deponit~~
 communiter dictum, halituosa talismodi effluvia de natura,
 Gas Sylvestris immediate, respectu aliorum viscerum, ad Ce-
 rebrum transmittit. Ita non negamus, illum quandoque
 morbo remotius somitem subministrare, quatenus fermen-
Helmont. tum ipsius justo acidius, depravatum Chylum elicit, qui à
de febri- fermento bilis in intestinis in salsum Volatile, ut quidem *re-*
bus c. 9. regulariter fieri debebat, non potest digeri, accendentibus in
§. 14. super in rebus Non-Naturalibus commissis erroribus, i. ira e.
 g. potu nimio vini generosioris, ingurgitatione Ciborum ma-
 li succi, laete in pueris acescente. &c. degeneratque in sa-
 lia sylvestria acido-salsa, quæ indies magis ac magis coacer-
 vantur, atque primum per lacteum humorem latici, dehinc
 toti massæ sanguineæ in Corde per consuetas vias communi-
Hippocr. cantur, cujus errorem Cerebri, aliorumque viscerum genius
de victus. corrigere amplius non potest. Non enim facile itur ad se-
Rat. I. 1. cundum aut tertium, nisi per absolutum prius. Et in hoc
sect. 4. §. 9. forte consistit Regiminis actio, quam ventriculus prætendit in
seqq. reliqua viscera, præsertim si adjungas acutissimum ipsius sen-
 sum, ob nervorum copiam, præcipue in superiori orificio,
Th. Bart. cujus ergo Vitrivorus apud *Th. Bartholinum*, ob frustum
cent. 5. vitri maguscum infimo œsophago impressum, Convulsioni-
Hist. 66. bus Epilepticis misere vexatus est, atque sic meritas teme-
L. Botall. ritatis pœnas dedit; felicior tamen illo apud *Leonhardum*
I. de Med. Botallum, qui cum audivisset, ab usu Cantharidum venereos
& agrorū impetus concitari, quo valentius amicam impeteret, in ma-
 munere. *§. 58.* gna copia Cantharidum pulverem devoravit, & post tridu-
 um convulsus, miseram efflavit animam.

Ita **Lien** & **Hepar** sanguinis, vitalis succi, de pu-
 rativa, quando vel sanguinem salibus prædictis sylvestribus
 ex ven-

ex ventriculi fermento nimis acido contaminatum recipiunt, vel ob Digestionis domesticæ œconomiam turbatam, aut à Scorbutica, venerea, aliave acri aut venenata impuritate quavis occasione conspurcatam, in suo munere deficiunt, sanguis vel jamdum vitiosus in laudabilem statum non potest reduci, vel in se bonus impuritatis prædictæ imprægnatur seminio, de Oziæ A quo cum participet succus cerebri nutritioni destinatus, aliter fieri non potest, quam ut ipsi labes affricetur. Gas autem illud impurum, quod immediate ex visceribus abdominis ad cerebrum ascendit, ab amurca inibi cumulata ortum trahit. Ut taceam particulas heterogeneas, in febrili Commotione a sanguine effervescente regimini animali suffusas, adeoque spiritus in explosiones cientes.

Vterus autem male dispositus quantas edat strages, noto est notius, quando nimirum vel menses stagnant, vel immoderate fluunt, decolores sunt, aquosi, nigri aut grumosi, aut Gonorrhœa promahat. &c. Interdum loco motus fit plane excentricus, producitque adeo affectus plane Herculeos, incantamentoque consanguincos. Tumultusque ac furor nonnunquam tanti sunt, ut vix ac ne vix post mortem desinant, teste Helmontio. Hinc jam olim ipsum Animal fuit, triosum, viventis quasi naturam adeptum, nuncuparunt Plato, Idem. de summus Philosophus, & Aretæus Cappadox, Medicus Celebrissimus, teste eodem, & Tulpio. Placet hic ex Thoma Bartholino annotare motum plane ridiculum, quem mulier in prato cubantem se observasse narrabat in utero suo descendente, & T. Barth. gramen venante.

Sed notandum, hæc omnia in visceribus prædictis suscitari non raro, præter iam memoratas, à reliquis caussis Non-naturalibus dictis. In specie, aëre nimis calido, aut frigido, vel vaporibus male olentibus & pestilentialibus imprægnato, l. 2. c. 1.

Th. Willis

de Morb.

Convulsiv.

mar. apud

Riverium

Obs. 10.

Helmont.

Ignota.

Aet. Reg.

§. 46.

Conceptis.

§. 18.

Tulp. obs.

l. 3. c. 21.

T. Barth.

cent. 2.

Hist. 58.

Hipp. 5.

Aphorism.

16. 17.

C. Celsus.

P. Forest. nato, Assumtis crudis valde, intemperatis aut dictis venena-
 obf. 30. l. 10 tis. Item ex affectibus animi, præter iram, a terrore vehemen-
 A. Gellius ti, aut amore denegato, quale exemplum apud Petrum Fo-
 l. 19. Noct. restum extat. Abs cito & copiosa sanguinis & humorum pro-
 Attic. fusione. A venere nimia Convulsiones aut Epilepsiam ortam,
 An. Foës. non rarum, nec mirum, cum ipsam οὐργοῖς, μηρῷ ἐπιληψίᾳ εἴναι,
 Notis ad Hipp. l. 6. Hippocrates pronunciarit apud Aulum Gellium, quam tamen
 de Morb. sententiam, velut Democraticam, annotavit An. Foësius, eandem-
 vulg. sect. que ob caussam Hercules dicatur mortuus Epilepticus. Prolix-
 3. orem Catalogum vide apud alios, & præcipue Hippocratem
 And. Bac- in Aphorismis.
 cius. l. 3. de

vinor. na- Accusantur & ex supra Naturalibus Incantationes,
 turac. 20. de quibus Johannes Wierus præcipue, & Hieronymus Jordanus.
 Wierus de Posse equidem Satanam, mundi principem & mille artificem
 præstigiis Corpori humano, Numine divino permittente, morbosos
 Damon. characteres imprimere, ipse facer Codex testis est, idque fie-
 l. 3. c. 90. H. Jord. ri rebus naturalibus in subsidium adhibitis, non videtur adeo
 de eo, quod absurdum. An autem illud interventu hominum nefario-
 divinum rum necessario fieri debeat, non apud omnes est in confessio-
 in morb. Pertinent huc Convulsiones obsessi à Dæmone in Evangelio.
 Hist. sing. Veteres in morbo sacro semper τὸ δέον, (in sano sensu omnino
 & cap. 26. admittendum) accusabant apud Hippocratem, ne juxta eun-
 Vid. pecul. Tr. Guill. dem inscitiam suam proderent, solis expiationibus & in can-
 elmi Ader. tamentis Curæ loco adhibitis. Et hæc sufficienter de Caussis.
 de agrotis Ex quibus hæc elici poterit Definitio realis, quod nimi-
 & morbis in Evang. rum Convulsio sit Motio Musculorum Corporis depravata,
 part. 3. E-involuntaria, dolorosa, & vehemens, ab impulsu furioso spi-
 narrat. 4. rituum, ob cerebrum aut Nervos à Caussis predictis lassos.
 Hipp. de morbo sa-

Differentiarum ratione, est vel in specie dicta
 cro. sect. 3. Convulsio, vel motus Convulsivi Epileptici. Per illam in-
 p. m. 85. telligi-

telligimus Contractionem constantem quodammodo, qua membrum rigidum & inflexible evadit. Per hos, motus celeres & concussions, quæ, interjecta, quiete alternatim cessant redeuntque. *Ratione partium* alia est Universalis, alia particularis. Illa vulgo triplex est : ἐμπρόσθιος, ἀπρόσθιος, hæc retrorsum, illa antrorsum movens, & τέταρτος, seu Rigor. Alii addunt motum dextrorsum & sinistrorsum. Hæc pro diversitate muscularum, quos occupat, varia sortitur nomina. Ita muscularum oculi Convulsio dicitur Strabismus, Maxillæ, τεταρτος Græcis. Labiorum in uno latere, Spasmus Cynicus, in utroque, Risus Sardonus. Huc referunt nonnulli Spasmum flatulentum artuum, Cramfam barbare vocatum. Alii satyriasis, quæ hinc Aristophani in specie τέταρτος seu Tentigo dicitur, citante Johanne Scapula. Aliam penis Convulsionem ob servavit Tulpius in civitate Campense, & alio maturæ ætatis, qui Lexico bus veneri operam daturis tam rigide media coli pars incurvæ sc̄ebat continuo. ut cogerentur multories ab incepto labore desistere. An forte huc referendum, quod memini me legisse in Dania olim factum, ut post coitum viri cum foemina more canum cohæserint. Convulsiones abdominis præter alios memorant Dravvitus & Tulpius, à variis causis originem trahentes, etiam infantibus familiares, vulgo dictas die schwere Noth im Leibe. Die Krampff-Sucht im Bauche. Tulpius. I. Ratione caussarum alia sit per idiopathiam, alia per sympathiam, & hæc iterum, vel per επιγένεσιν vel per μετάπτωσιν. Ratione Symptomatum alia est cum mentis perturbatione, qualis fuit, quam ex benevola communicatione Excellentissimi Dn. Præsidis Disputationis, annotatione dignam duximus ; Nimirum vivit adhuc in Silesia Nobilis, Coætaneus & Commilito Laudati Domini Præsidis, qui sine omni alia manifesta caussa, quoties fere memoriter aliquid recitabat vel narrabat

in medio sermonis cursu, miris & palpebrarum & oris motibus convulsivis ab ripiebatur, stabat interim erectus, & brevi post ad se rediens, nesciebat, tale quid sibi accidisse : Sed credebat se in recitatione vel Narratione perrexisse, & re-
etissime se valere affirmabat. Alia absque illa mentis perturbatione, ita, ut finito paroxysmo ægri omnium quæ acta erant, probe sint memores, quod Convulsionis genus inde vocari ab Augustanis mulierculis, das wissende Ver-

G.H.Vel. gicht / scribit Velschius. Ratione temporis quædam est recens,
Schinius Epi- sagm. 16. quædam inveterata. Circumstantiarum ratione, Sedentariam

Tulpius l. observavit Tulpius. Mirabiles inter dormiendum spasmos ab usu Antimonii Clariſſ. Ehrenfrid Hagedorn in vidua Görlicensi.

1.c.23. Ehrenfrid Alios, quos Rotatorios vocare lubet, olim hic observavit Hagedorn Celeberrimus D. Fausius, Excellentissimi Domini Praesidis An-
Ephem. teſſor & Praeceptor in juvēne quodam mechanico, qui, German. alias instar recte valentis subito motibus Convulsivis, rotæ in-

Ann. 2. Ann. 2. star, per longum spatium manibus pedibusque volutabatur; donec tandem, iis cessantibus, ad se rediret, gnarus rotationis, & pudibundus; de nulla tamen morbi molestia conquestus. Hu-
jus aliarumque Convulsionum specialiores cauſas penitus in-vestigare, uti operosum nimis esset, & difficile; ita cum hac vice prolixitas nostro instituto non arideat, lubentes la-bori huic supersedemus. Quamvis enim e. g. prædictam ro-tationem spirituum motui circulari adscribere vellemus, non tamen aliorum forte judicio, rem totam exauriret.

Signa Diagnostica quod attinet, cum malum oculis pateat, non equidem opus est, ut de signis præsentis nimis simus solliciti. Imminentis in genere solent esse Ner-vorum subsultationes, Tremores, frequens faciei cum ru-bore & pallore permutatio, anhelitus suspiciosus, Capitis Cervicis, oris ventriculi, Cubitorum & Lumborum Dolo-

ob præcipue copiam nervosi generis in hisce partibus: Turbu- *Hippocrat.*
 lentæ & audaces è somno exsurrectiones seu ταραχώδεες θρασύτα- *Prophet.* &
ται επιγενέστες, præsertim cum sudore. Rigores multi nocturni, *112.*
 vigiliæ, Nugæ in somno, (siquidem φλεδονώδεα cum *Galen* *Ib.*
 legendum est) & lotii profusio, quatenus hæc ut plurimum *Sent. 101.*
 intemperiem & inflammationem denotant. In acutis, si *cum Notis*
 multus sp̄ritus è naribus feratur. In tremulis & anxietate ve- *Foësi.*
 xatis parvi ad aures tumores excitati convulsionem denunti- *Ib. 1. de*
 ant, si alvus male sit affecta, pronuntiante ita *Hippocrate*. In *Vict. R. in*
specie in infanribus, convulsionum Prodromi potius quam *Acut. Sēt.* *4.p.76.*
convulsiones, Pavores Epileptici, Mater puerorum Arabibus *Ib. Coac.*
 vulgo dicti, seu potius noverca, innuente *Velschio*. In *indī prænot.*
viduo, dolor imaginarius pedis abscissi, in aliquibus apud *Sent. 2.*
Clariss. Paulum Sorbait. Macula nigricans rotunda, magni- *Velschius*
 tudine thaleri imperialis in pede dextro, apud *Th. Bartholi*. *Dissert. 11.*
num &c. *de Aga-*
grop. p. 67.

Signa Caussarum, & præcipue an sint per Consen- *P. Sorbait.*
 sum, an per Essentiam &c. ex parte affecta, temperamen- *Ephem.*
 to, ægrorumque aut adstantium conscientia mente &c. non adeo *Germ.*
 difficulter expiscari possunt. *Ann. 2.*

Convulsionis inspecie dictæ & motuum Convulsorum *signa*, *Obs. 16.*
 quibus inter se invicem dijudicari queant, ex superioribus *Th. Bar-*
 patnet. Addo ex *Hollerio*, Convulsio sine mentis læsione, *Cent. 1.*
 etiamsi sit totius Corporis, Epilepsia non est. A Paralysi his *Hist. 81.*
 fere modis differt Convulsio vera. Nimirum cum in hac *Hollerius*
 motus duntaxat sit depravatus, in illa plane est abolitus. Ibi *de M. Int.*
 membra rigida, alterius manu data opera non possunt lo- *Scholio ad*
eo dimoveri: Hic autem sine ullo labore. Spasmus verus *cap. 15.*
 brevi plerunque terminatur vel ad mortem, vel ad vitam:
 Paralysis durat longa etiam annorum serie. Differt à *Catocho*,
 qui Convulsionibus supervenire solet, quod qui hoc soporoso

Tulpius affectu detinentur, sine sensu & motu velut in momento rigidi fiant, ac instar statuarum aut congelati quasi in eo, quo *i.c. 22.* deprehenduntur positu persistunt, de quibus videatur *Ant. Mē-* *jot. Diff.* *pius & Antonius Menjottus.*

pathol. de Quoad Prognosin in genere omnes Convulsiones periculosa sunt, periculosiores tamen Universales, ut plurimum, quam particulares. Internæ, quam externæ. Ita periculosiores & Curatu difficiles pronuntiat *Hippocrates*, *Hipp. A-* quæ à nimio sanguinis profluvio, ab hypercatharsi, ac fluore muliebri oriuntur. Item qui Tetano corripiuntur, ultra *phorism.* quatuor dies pereunt, si vero hos effugerint, incolumes evaphor. *I. cit.* dunt, quia, juxta *Galeni Commentarium*, Tetanus ex Emprosthotono & Opisthotono compositus est, & musculi ante & retro *Coac. Pra-* moventur, cui violento & contrario nisui natura non sufficit *not. f. 23.* ferendo. Ita Rigor ὀπισθοτόνος, necat, teste *Hippocrate*. *Cl-* mor, nugæ, deliria, supervenientia, nihil boni præsagiunt. O-*culi* splendentes mentem non constare indicant, & diutius *Aphor.* morbum trahunt. Loquendi impotentia diu perseverans ma-*lum*, quia linguæ aut brachii syderationem, ipsamve paraly-*Coac. Pra-* sin denunciat. In febribus acutis omnes malæ. In phrenitide *not. f. 356.* fere semper lethales, ob inflammationem meningum Cerebri. Periculosa etiam quæ à vulnere, aut plane lethales, juxta *Hip-* pocratem. Convulsio febri superveniens periculum denun-*tiat*; contra febris Convulsioni accedens, eam solvit teste *eodem*. In Convulsione ex Satyriasi moriuntur homines ce-*leriter*, cum tumore alvi & frigido sudore, docente *Paulo*. Quæ *Paulus* senibus accedit periculosior, quam quæ infantibus, quia huic *Ægineta* ætati hic morbus magis est familiaris, præsertim quando *I. 3. c. 56.* dentiunt, quia sensus ipsis est exquisitor, ob genus nervosum mollius atque debilius. Quæ ex μεταπτώσει oritur, pericu-losa quidem, sed periculosa magis, quæ fit per ἐπιγένεσιν, & plerumq; lethalis. Natura enim, a plus quam uno hoste afflita, tandem succumbit, superveniente, præsertim in universali, suffocati-*one*, ob muscularum Respirationi dicatorum Convulsionem.

Examinata itaq; affectus natura, cum suis signis, restat Curatio, quæ vi Indicationis triplicis, affectus ipsius, Caussæ morbificæ, & symptomatum ablationem injungit. Remedia, quibus hunc scopum asse-
quimur, ex fonte triplici usitato promanant.

Chirurgicus, more consueto, primum locum obtinet, à cuius tamen supellestile in hoc affectu non semper prima medendi auxilia petuntur. Interim consideranda venit primum Sanguinis Missio, moderate adhibenda, præcipue præservationis gratia, primis diebus & cœteris partibus, contra eos, qui forte solis specificis mederi volant morbis maximis. Et quidem si sanguinis adsit copia, aut febrilis Commotio præsens malo ansam dederit, vel quando Spasmus e. g. oritur ex suppressa hæmorrhagia, ob repellentia inconsiderate adhibita, teste Hippocrate. Ut autem alibi, ita præcipue in hoc affectu modus observandus est, cum immoderata Nectaris vitalis profusio per se Convulsiones inducat. Quis autem locus, aut quæ vena sit eligenda, videtur hodie non multum referre. Præstat tamen vena magis conspicua, & locus parti affectæ non multum remotus. Communiter, si quidem causa morbifica hæreat in superioribus partibus, ibidem quoq; & in eodem latere vena secatur, & vice versa, nisi fiat Revulsionis gratia. In s. Aphor. hujs locum succedunt nonnunquā Concurbitule scarificate & non scarifi- 3. cate, præsertim quando V.S. uti non licet. Item frictiones l. totius Corporis l. saltim artuum. Hæc enim Calorem nativum provocant, poros aperiunt, & transpirationem aut sudorem promovendo, naturam valdopere levant, ideoque veteribus magni æstimantæ, teste præcipue Galeno.

Cauteria, uti in omnibus Corporibus Cacochymicis, ita hic præ-
cipue, magni æstimantur. Veteres adhibebant actuale, v. g. in sutura coro-
nali, aut etiam Occipitio teste C. Celsø., quod etiamnum hodie apud
exteris præsertim usitatum novimus in hoc affectu. Alias Jo. Veslingi-
us apud Velschium dolorem capitis vidit curatū in urbe Memphi, aduten-
do musculum temporalem sat magno clavo ferreo, &c. Sed cum crude-
lier quodammodo videatur nostratis hæc operatio, hujs loco ad-
hibentur potentialia in brachio & pedibus. Vesicatoria tam præservatio-
nis, quam curationis ergo, circa nuchā applicata, maxime laudantur, ut a-
pud alios, ita in primis apud Th. Willis, etiam in tenerioribus infantibus
jam primum in lucem editis. Videturque ipsa natura vias monstrasse
per ulceræ Capitis manantia, pueris familiaria, Convulsionum & Epi-
lepsia præservatoria, teste Tulpio.

Non videntur plane excludendæ hitudines, siquidem in vasis hæ-
morhoidalibus humorum sit stagnatio quamvis ratiore eorum usus apud
nostrates. Optimū administrandi modū præter alios docet Paulus Barbette. c. 17.

Coac. Pre-
not. f. 336.

3.

Galenus
M. T. S.
passim.
C. Celsus l.
3. c. 23.
Velschius.
Epis. II.
Th. VVillie.
deMorb.
Convuls.

Tulpius.
Obs. l. r. c. 5.
P. Barbette
Chirurg.

Ex fonte Pharmaceutico desumuntur Evacuantia & Alterantia
varia interna & externa.

Ex Evacuantibus (ad quæ referimus preparantia, omnino non prætermittenda, si vacet, & materia sit tenacior) primum se offerunt Vomitoria, utramque profecto paginam absolventia, si præcipue in Ventriculo, aut primis viis hæreat malum occasionale: Sal prælettum Vitrioli plurimis hactenus pro genuino Convulsionum & Epilepsie Rizotomo habitus, non solum ob vim Emeticam, sed & sternutatoriam. Præ in Tetrade. ter alios ipsum ingentibus excomiis extollant Jos. Quercetanus, Samuel p. 153. Formius & Christianus Langius, ipsaq; experientia magistra optima atq; Sam. Formius apud certissima. Non tamen derogamus laudem suam aliis etiam emeticis, Riverium. inter quæ veteres laudabant Helleborum. Non equidem omnibus Obs. 9. adprobantur vomitoria in hoc affectu, ideo, quod inde gravissime Ch. Langius. cutiatur Corpus, sed forte præter necessitatem in morbo tam ancipi. us. MisCELL. Sequuntur Clysteres nunc Eccoprotici, nunc Acriores &c. pro re cur. 5. nata, non minoris virtutis, dum nimis non solum alvum adstringam solvunt, sed & remota putrilagine viscida, halitum inde in Caput assurgentium generationem suppressunt.

Purgantia in specie dicta adhibentur, ubi vel ob pudorem Clysteria non possunt applicari, aut Caussa morbifica est remotior, modo non sint nimia; sic enim nervis sunt inimica, quia Convulsio ab Helleboro lethalis Hippocratis. In Capitis evacuatione solennes sunt Pilula dictæ Cephalicae, cui præterea adhibentur Gargarismi & sternutatoria, damnata cum vomitoriis à nonnullis, ob eandem Caussam.

Quoad Alterantia interna, convenient in genere, quæ salium volatiliū nomine veniunt, & humores fundunt atque halitus discutiunt, aut acrimoniam acidam temperant, vel imbibunt, quorum Catalogum & quomodo agant, aut cum qua cautela adhibenda sint, optime edocent Sylvius in Franciscus Sylvius & Beatus, Joh. Theodorus Schenckius. In specie tanquam praxi I. Specifica laudantur ex simplicibus Pœonia, flotes tiliæ, Cerasa dulcia Schenckius viscum quernum, Ungula Alcis, Dens Hippopotami, Bezoar, Castoreum Tr. Triga. secundinæ & Cranium humanum cum ossibus Wormianis. Cinnabaris nativa, succinum, atque centum alia, cum suis Præparatis, aqua oleo, spiritu. Spiritus itē Vitrioli diversi, antepeleptici decantati Quercetani Deckers ad Hartmanni, aliorum. Item spiritus Nitri & Salis *ci sume laudatus post a Prax. Barrios à Fr. Deckero. Composita sunt Pulvis Marchionis, Epilepticus Mibet. l. 1. c. 1. chaelii

chaelis &c. *Alexipharmacæ & Cordialia* incidentia una, & humorum putredinem arcentia, non contemnenda. Præterea spirituosa omnino necessaria, quare huc pertinent *Aromaticæ*, inspecie dicta *Cephalica*. Additur nonnunquam theriaca aut opium correctum; Hoc enim non solum spirituum turbas compescit, sed & oleosa volatilitate sua humores acres & temperat & dissolvit. Pro viscerum debilitate & obstructione corrighenda maxime in hypochondriacis & Scorbuticis, præter alia Aperientia, laudem merentur Acidulæ, iu specie Schuvalbacenses, & in Trallatis. *Ægrana*, de quibus vide *Trigam virum Celeberrimorum* Joh. Ludovici von bus peculi Hornigk, Joh. Danielis Horstii & J. G. Geifusii. Hæc quidem in genere aribus. dicta sunt.

Notandum tamen, pro diversitate personarum atque causæ morbificæ, aliter paulo dispensanda esse remedia, quod equidem prudenti medico non est adeo difficile. Nimirum aliter tractandi sunt, qui à nimia depletione, in quibus potius temperata ac humectantia requiruntur, quam qui à crudorum humorum abundantia, aut febri morbum contraxerunt. Aliter itidem paulo *Infans*, ac juxta ætatis homo. Temeritas enim esset pusillo Herculeos Cothurnos adaptare velle. Di midia hujus Curæ pars in Nutricis diæta consistit, præcipue in abstinen-
tia ab iracundia, vino, & venere. Per Congressum enim, præsertim sce-
cundum, lac vel juxta Galenum cadaverescit, ut loquitur Helmontius, aut ad Corruptionem & virulentiam, lactenti puerò adversissimam, dispo-
nitur à seminali aura masculorum, etiam in brutis, quod eleganti hi-
storia confirmat Regnerus de Graaf. Præstat præ aliis usus tempestivus
assumtorum Aromaticorum & discentientium. Vittus enim horum
immediate cum Clylo in lactis substantiam transit. Mulier quippe, ca-
pra, elaterium, pueris purgatio, teste experientia, & post Hippocratem
Galeo, aliisque. Ut plûrimum ventris regio ipsi illinenda est oleo sto-
machico ob voracitatem. Amuletorum instar nonnulli insultus eorum E-
pilepticos volunt inhibere, ossiculo bufonis, pusilbus applicato. Alii o-
culo sinistro Lupæ in aëte exiccato ad stomachi Regionem de collo ap-
penso. Quidam Medicus Cesareus sanguine talpæ vino excepto &c. A
multis enim non solù Talpa integra combusta, aut ipsius hepatis siccatum,
sed & fel cum Croco naribus inditum pro specifico antiepileptico æsti-
matur, eodem modo, quo Cerebrum aut cineres Corvorum &c, alle-
gante Velschio. Quorum singulorum veritas stet penes experientiam, Ce-
rebrum autem Caprinum, per annulum trajectum, superstitionis putu-
mus cum landato Velschio. Annuli vero ex Ungula Alcis vulgo magni æsti-
man-

Galenus.
M.T.S. l.s.
c. 7.

Helmont.
Tr. Infant.
Nutritio
ad vitam
longam
R.d. Graaf.

de viror.
Organ. gen.
p.m. 41.

Galenus.
M.T.S. l.s.
c. 7.

Cl. Mich.
Ettmuller.
Chir. Infus.

c. 2. §. 17.

Ier. Mar-
tius apud
Velsch. obs.

Reusnerus
Ib. obs. 12.
Velsch. No-
tis ad Reus.
obs. 12.

Dissert.
II. p. 67.
de Agagr.

Olaus **Vormius** mantur, uti & alia inde parata, quia teste *Wormio*, Alce comitiali mortuorum *Musai L. 3.* boves saepe tenentur, quo non liberantur, nisi apposita prius fuerit aut altera pedum posteriorum Ungula. Ex qua in Botussia, certo anni tempore & constellatione Pentacula fieri scribit *Autor idem*, Cordis figuram habentia, quae ab altera parte salutationis Angelicæ historiam impressam habent, ab altera hos Characteres. Gegrusset sey du Holtselige: Quæ collogestata contra Epilepsiam & Convulsiones valere putabant. Sed de his satis.

Alio etiam modo tractantur Convulsiones ex punctura Nervorum, in quibus olea & spiritus penetrantissimi appropriati mox a principio vulneri applicati unice juvant, teste præter alias *Fr. Sylvio*.

Prax. l. 2. Ex Topicis aut Externis primū locum obtinent *Therma Native*, e. 3. præsertim Sulphureæ, quæ vim penetrandi egregiā obtinent, de quibus **And. Bac-** *Andreas Baccius*. *Artificiales conficiendi modum docere conantur multi, schermis adhibendas iis in locis, ubi naturales deficiunt. Substituunt alii Balnea vaporosa, & fomentationes ex plantis sale, volatili abundantibus &c. Balneæ sequuntur Inunctiones Cervicis, & spinæ Dorsi, oleo lumborum, philosophorum, therebinthinæ, Jasmini recenti, pinguedine humana, Vulpis *Hollerii*, Angvillæ, Unguento Martiato, Dialthea, de Castoreo, Arrecon &c. Eundem in finem adhibentur spiritus aut aquæ spirituosæ, & appropriatæ.*

Hipp. s. An febris excitanda Curationis ergo, aut *Aqua frigida*, veteribus usitatum remedium, adhibenda, disquirit allegatus *Hollerius*.

Hollerius *Fons Diæteticus* non solum virium Conservationi & Restauracioni, sed & materiæ morbificæ Correctioni, materiâ subministrat, variandam pro temporum acætorum diversitate. Nimirum aër & victus, nunc magis humectantia & ad temperiem frigidam inclinantia, nunc magis calida, sicca, aut Aromaticæ sint, necesse est. In genere tamen sint Cibi, bonæ coctionis & succi. Acida vitentur, eandemque ob Caustam vini potus liberalior, cum vel experientia comprobet, in regionibus, quibus vinum est potus ordinarius, Convulsiones esse frequentiores. Aquosiores potius liquores convenient, vi tamen aperiendi prædicti. Non possum, quin hac vice commendem Cerevisiam patram, Naumburgensem, jam olim Clementi VIII. Papæ Romano à Francisco India, Veronensi, industrie laudatam, ob singulares, quas contra Obstructiones obtinet vires diureticæ, laxantes, & digestientes, gratissima sub temperie latitantes. Quoad reliqua, excreta sint naturalia. Motus non sit nimius; Præstat enim hie grata quies. Ut & somnus atque vigiliae moderatæ. Animi autem pathemata vehementiora, præcipue tristia, data opera vietanda sunt. Et sic annuente Supremo Numine, ultro attingi poterit sanitatis exoptatissimus

Fr. Indias *F. I. N. I. S.*
Tr. pec. de
gutta po-
dagrifica.
lib. 2.